

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Tekst kompilowany uwzględniający wersje sandomierską i krakowską

Rękopis Biblioteki Opactwa Św. Floriana Austria (Stiftsbibliothek St. Florian), sygn.
551/XI, k. 42

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 1

[1] [k. 42] Cesar^a Otho Ruffus fundavit templum in Meÿdburg et dedit civibus municipale ius secundum eorum arbitrium, et secundum consilium seniorum. Extunc arbitrati sunt, quod eligerent scabinos et consules, scabinos ad diuturnum tempus et consules ad unum annum. Qui tunc iuraverunt et nunc iurant annis singulis, dum eliguntur, ius, profectum ac ad honorem custodire civitatis et agere, quanto caucius aut melius sciant aut possunt, cum consilio ac iuvamine seniorum. Consules exponunt suum conventum secundum placitum et voluntatem cum seniorum consensu. Consules etiam habent potestatem iudicandi super quilibet vacuam mensuram ac pondera iniusta, ac coretos iniustos et quilibet cibus et potus institoria. Et quicumque violaverit, demeretur tres Slavicas marcas, que faciunt triginta sex solidos. Quando consules suum conventum exponunt, extunc quidquid ibi statutum fuerit aut compromissum in isto conventu, firmum et inviolabiliter debet observare. Et quicumque hoc violaverit, consules habent iudicare. Et quicumque ad conventum venire neglexerit, dum signum datur per campanam, demeretur sex denarios. Si autem sibi conventus pronunciatus fuerint demeretur V solidos.

De Cesare. Capitulum primum.

^a ozdobny inicjał in rubrum, wysokość 3 wersów

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]